

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo**

**Bynaeus, Anthony**

**Dordraci, 1682**

Cur Muhammedani templorum fastigiis lunulas imponant?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12835**

210 De CALCEIS HEBRAOR.

taviæ nostræ magnum ornamen-  
tum, præclare docuerunt. In pri-  
mis inter Arabum & Saraceno-  
rum & aliorum Orientalium Deos  
Luna fuit in summō honore. Fue-  
runt enim hæ gentes à vetustissi-  
mis temporibus Lunæ cultui per-  
quam deditæ. Hinc in ejus ho-  
norem aurea monilia habuerunt,  
quæ ad Lunæ similitudinem con-  
cinnata erant. Plane uti etiam  
num, qui Ecclesiæ Romanæ no-  
men dederunt, in honorem crucis  
aureas cruces inter monilia habent.  
Unde & Johannes Seldenus origi-  
nem arcessit moris Muhammeda-  
norum, qui summis turri &  
Moschitarum fastigiis lunulas im-  
ponunt, ut cruces Christiani, quod  
in honorem Lunæ à Muhammede  
vetustioribus Hagarenis atque Sa-  
racenis factum putat, à quo antiquissimo  
ritu excepere Muhammedani, contra ac vult vir illu-  
strissimus Josephus Scaliger, qui  
id fieri in Hegiræ Muhammeda-  
næ, hoc est fugæ Muhammedis  
ex Mecca memoriam, quæ biduo  
post verum Lunæ coitum, in ini-  
cio nempe Mensis Muharam, &  
anni

Seld. de  
Dis. Syris.  
Syntagm.  
2. cap. 4.

Scal. de  
Emend.  
Temp. lib.  
2. & 3.  
Canon.  
Magog.

anni Arabici lunaris, corniculante jam Luna accidit. Ab illo Orientalium more, cum Lunæ cultu etiam aurea monilia in Lunæ formam concinnata apud Hebræos fuerunt.

V. Uti constat frequentem in Oriente fuisse lunularum & quidem aurearum usum, ita etiam certum est inter Orientales populos colli ornamentum fuisse. Dubitare nos hac de re non sinit liber Judicum: In eo enim hæ lunulæ pependisse dicuntur de camelorum collis. Eodem modo uti in Pathenopæi equo

— Nemorisque notæ sub pecto- Stat. lib. 9.  
re primo Theb.

*Factantur niveo lunata monilia dente.*

Animaadvertisse hoc videtur Jonathan, qui Hebræam vocem per נִירְעָה transtulit, quæ vox apud Chaldæos *torquem* notat, uti ab eadem collum נִירְעָה vocant, & Vulgatus, qui *bullas* reddit. *Bullas* enim apud Romanos fuisse globulos auro conflatos, quos pueri ingenui de collo suspensos gestabant, vel illi noverunt,